Picta genas facies simpliciter placuit.
Candentem crochea gestans aspargine frontem.
Laeta uerecundis tinxerat ora notis.
Indeptus sceptrum tribuit quod testis imago.
Purpura quem mentis prodidit imperio.
Hinc auo et populus paruo uix tempore felix.
Sed rursus magni missus ad obsequium.

DE SCŌ LAZARO ANTISTITE.

Lazarus ut diri premeret pede culmina mundi.
Uocibus adcitus. trux. uenit in medium.
Quem frons laeta parum uitiis depinxerat hostem.
Mulcantem culpas luminibus tacitis.
Respiciens lapsus detersit nubila uitae.
Curam saepe dedit uulneris obsequio.
Non latuit tectis facinus qui gessit in antris.
Absens criminibus tortor ubique fuit.
Innocuis placida uernabat luce serenus.
Ceu speculum noxis iniciens faciem.

DE AMICO DI EUSEBIO PONTIFICE

Eusebius ligurum successit finibus hospis.
Ignotae tractus plebis amicitia.
Grauis erat socio titan quos respicit hostu.
Flammigero limfas uertice decutiens.
Mitis conpositus largus pius integer audax.
Credere et ut damnum non dare perpetuum.
Fleuit pauperiem miserans adrisit auenti.
Gaudia cum cunctis tristitiam quegerens.
Hunc in dixo operis locuturo nuntiat orbi.
Fama uirum gentes destatione trahens.

DE GERONTIO UIRO SIMPLICI EPŌ

Ecclesiae postquam parta est tibi sella geronti.
Funera decessor non timuit moriens.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0222